

## BENEDICTIO IN SOLUTIONE SYNODI.

(Ex vetustissimo Pontificali ms. bibliothecæ cathedralis Rotomag.)

Christus Dei Filius, qui est initium et finis, complementum vobis tribuat charitatis. Amen. A

**245** Et qui vos [ms., nos] ad expletionem [al., absolutionem] hujus fecit pervenire concilii, absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen.

Ab omni reatu liberiores effecti, absoluti [al., adjuvati] etiam per donum Spiritus sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illæsi. Amen.

Semper proficiat cura vestra, ut quando iudex ve-

nerit evigilet fides vestra, vigilantia præmium de Domino receptura. Amen.

Detque vobis potestatem prædicandi in populo, et quod aliis ore prædicatis, corde semper teneatis. Amen.

Exaudiat vos Dominus in tempore orationis vestrae, et det vobis consilium rectitudinis, ut evadere mereamini supplicium Acherontis. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

## BENEDICTIO EPISCOPALIS

*Ad missam in nocte Nativitatis Domini.*

(Ex eodem Pontificali ms.)

Populum tuum, quæsumus, Domine, pio favore B es ex Virgine nasci. Amen.

prosequere, pro quo dignatus es in hac sacratissima nocte tuam mundo præsentiam exhibere. Amen.

A cunctis eum adversitatibus paterna pietate

custodi, pro quo in mundo hoc in tempore dignatus

**246** Utinam te Redemptorem suum semper intelligat, et tuam veraciter gratiam comprehendat. Amen.

Quod ipse præstare dignetur. Amen.

## BENEDICTIO EPISCOPALIS

*Ad missam in Sabbato sancto.*

(Ex eodem Pontificali ms.)

Dens, qui mortem nostram ingressus inferni tar- C eunte peccato, non patiaris exsules fieri renascente commisso. Amen.

ta: a in hac nocte devicisti virtute divina, suscipe propitius famulæ tuæ preces humillimas voto sinceræ mentis oblatas. Amen.

Et quos veteribus maculis baptismatis emundavit unda sacrata, per lavacrum tuæ protectionis auxilio purgati, tales ante te præsententur in iudicium, quales nunc processerunt ex baptismo. Amen.

Et qui te miserante revocati sunt in paradiso per-

Et qui te semel agnoverunt [ms. agnovit] Principem universitatis et Dominum, nunquam invasus sensibus in se tyrannizantem sentiant inimicum. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

Benedictio Dei Patris et Filii.

## VETUS ORDO

*Ad instituendum canonicum regularem in ecclesia S. Laudi Rotomagensis.*

(Ex ms. codice ejusdem ecclesiæ.)

**247** Sequitur servitium religiosorum professorum D secundum usum Sancti Laudi Rotomagensis.

Veniens novitius post offertorium missæ cum magis ro suo ante majus altare, dicat stando :

Suscipe me, Domine, secundum eloquium tuum, et vivam.

*Flectendo genua sua, dicat.*

Et non confundas me ab expectatione mea.

Ter dicat hunc versum. Finito versu, cantor incipiat antiphonam : Suscepimus, Deus, cum Gloria Patri, et postea iterum Suscepimus, Deus. Idem. Magnus Dominus